suis. Qui Albertus Tex omni lege abso omnique ... defensione promisit
et convenit michi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti
nomine et vice dictorum habitatorum suorum personas vero et bona ipsorum bene et
legaliter custodire et salvare, regere gubernare et administrare, bona f
et sine fraude, et de ipsis bonis inventarium facere, et omnia et singula
dicere et facere que crediderit ipsis bonis et dictis habitatoribus suis fore
utilia et fructuosa, et inutilia et dampnosa pretermittere et penitus evitare
et ita iuravit corporaliter tactis scripturis ad sancta dei evangelia a
tenere et observare si deus eum adiuvet sub obligatione bonorum suorum pres
et futurorum. Pro quo quidem Alberto promisit et fideiussit Lanfrancus Borz
sub consimili obligatione bonorum suorum. Quibus ita factis dictus dominus
iudex in eius quod hec omnia acta sunt, sedendo pro tribunali, dictum
Albertum presentem dedit et constituit tutorem prefatis Janino, Nicolino
et Franceschino habitatoribus suis, dicendo ei esto tutor dictorum Janini
Nicolini et Franceschini, ac decernendo ei gestum et administrationem bonorum
et rerum dictorum pupillorum, ipsis quoque omnibus et singulis causa cognita suam
auctoritatem interposuit et decretum.